Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-319609-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-319609-p0002-2

1717, 9

10

*B. L. S.*

# FACULTATIS JURIDICÆ DECANUS,

# JOHANNES HENRICUS Meier/

## JCtus,

ELECTORALIS HUJATIS REGIMIN. CONSILIAR. JUDIC. PROVINCIAL. ASSESSOR. PRIMAR. PROFESS. DECRETAL. PUBL. ET DICT. FACULTAT. SENIOR.

---

*ERFORDIÆ,*
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII,
ACAD. TYPOGR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-319609-p0003-8
DFG

INter obſoleta & uſu ferè plenè antiquata referri hodie poteſt quod tradit, huc collimans, Imperator *pr. Inſt. de interdic.* INTERDICTA fuiſſe formas & conceptiones verborum, quibus Prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat, & hoc maximè tunc, quando de poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur; ſunt enim quædam res, corpore præditæ, quæ verè detinentur atque poſſidentur; aliæ autem corpore deſtituuntur & detentioni ſimiles ſunt, ac mediante uſu & excitio poſſideri cenſentur; quorſum

pertinent Jura, **Gerechtigkeiten**/adverſus quæ non minus , quàm ad veram poſſesſionem vis fieri poteſt,quo minùs ea teneamus; & hæc poſſesſioni ſimilia ſunt vel in rebus privatis ; vel commercio exemptis, quarum uſus nobis conceſſus,posſesſioni ſimilis, noſter eſt,tuendi causâ occurrunt Interdicta in ff. Lib XLIII. ſub ſingularib9 rubricis, putà de loco Sacro,de Religioſo & mortuo eò ininferendo; ne quid in loco publico; ne in fluminibus, ne in via publica quid fiat alter, quàm par eſt; & plura id genus alia , tum ad inhibendam vim, tum ad opus reſtituendum, tum ad reficiendum. Iſta autem vetuſta Interdicta Prætores ſibi ipſis pro imperio reſervabant & erant propria Prætorum decreta , propriis concepta verborum formulis,*de quibus videatur Barn. Briſſon. de formul. & ſolen. popul. Roman. lib. 3. pag. 283. ſeqq.* & cum his in Edictum relata; deinceps ex Edicto, prout res poſtulabat, eâdem formâ pro tribunali pronunciabant; ſecùs ac Decreta , quæ de rebus, pro arbitrio Judicantium, aliis verbis concipi ſolebant. Erat interdictum quaſi actionis & judicii principium,quando de jure litigantes certare ordinariè vellent ex præſcriptâ actionis formulâ coram Judice dato. Diſpiciat itaque,ſecundum monitum

nitum JCti, litigaturus, qui deſtinavit rem petere, numnè quodam Interdicto poſſet nanciſci ejus poſſesſionem; eſt enim longè commodius, ipſum posſidere atque ſic adverſarium ad onus petitoris compellere, quàm ab alio posſidente petere; non tamen Interdicta perpetuam addicebant poſſesſionem, ſed modò temporaneam, quoad de jure & proprietate eſſet judicatum, *l. 1. §. ult. de aqu. cotid. & æſtiv.* Quod ſi autem reus dixiſſet, ſe paruiſſe Prætoris interdicto, actor è contra negaſſet, contendebant inter ſe ſponſione & tunc dabat Prætor Judicem, qui eâ de re cognoſceret & qui ab hoc condemnabatur, non amittebat duntaxat causã, ſed etiam infamis fiebat, uti refer Giphanius *ad Inſt. de interd. ex oration. Cicer. pro Cecinn.* Addendum, denique quòd interdicta ſolebant concipi alia prohibitoriis, alia reſtitutoriis, & quædam exhibitoriis verborum formis ſecundum triplicem Interdictorum differentiam *in l. 1. §. 1. & l. 6. §. 2. ff. de confeſſ.* Degenerarunt hodie in extraordinarias actiones & qui olim impetrabat à Prætore interdictum, ei jam utilis competit actio, ſeu extraordinaria in factum; & quæ olim erant interdicta & interdictorum judicia vocantur noſtris moribus à Progmaticis *Poſſeſſoria judicia;* Gallis

*recredentia*; Luſianis *auxilium chartæ tuitvæ regalis*; Hiſpanis *interim*; Italis *nova proviſio*; Belgis *proviſionale remedium*; Germanis ſummariſſimũ poſſeſſorium, vel informativus proceſſus ex officio Judicis nobili; item ſummariſſimum aſinarium, quòd etiam prodeſt detentoribus, qui dicuntur aſinariam habere poſſeſſionem, *Cluden. rer. quotid. cap. 6. num. 63. Hahn. ad Weſenb. tit. uti poſſid.* De quibus aliisque huc ſpectantibus pluribus diſſerturus eſt pro Catheda Nobilis & Clariſſimus

# DN. JOH. GEORG. GROBIUS,

Lucem qui primùm Schmalcaldiæ Anno 1676. die 6. Maji adſpexit, Parentibus honeſtis *DN. JOH. ULRICO GROBIO*, Civitatis Schmalcaldenſis Camerario, & Fodinarum Metallicarum inter ſuos membro honorabili; Matre verò *MARGARETHA, DN. JOHANNIS* Clemenß / Cõſulis Schmalcaldenſis Filiâ natus. Primitùs Patriæ Scholas frequentavit, & inter alios quondam ſuos Præceptores laudat *Dn. Johannem Sebaſtianum Wigandum*, tunc dictæ Scholæ Rectorem benè meritum, nunc in Eccleſiâ Evangelicorum Diaconum meritiſſimum; Cujus conſilio poſtmodum

dum celeberrimam Univerſitatem Salanam, circa annum circiter 1697. atque ibidem per quadriennium in ſtudio Philoſophico & Juris, audivit Celeberrimos Profeſſores, quos inter *Dn. B. Petri Mülleri* ſingularem deprædicat induſtriam, apud quem univerſam Philoſophiam & ad Hugonis Grotii *de Jur. B. & Pacis* inæſtimabilem tractatum abſolvit; ſtudium Juris quod attinet, Magnificum *Dn.* Wildvogeln/*Dn.* Flöcken/& celeberrimum *Dn. Struvium* Jus Naturæ, Civile & Canonicum eâ, quâ fieri potuit, diligentiâ frequentavit. Studio Academico ſic abſoluto, demum Collegio Metallico, quod Schmakliæ eſt, ut conſors ſuſceptus eſt. Tandem haut ingrata conditio ipſum cum Fautoribus admonuit, ut ſummos ſibi in Utroq; Jure Honores à Facultate noſtra Juridica peteret; Quapropter Nobis hoc honeſtum ſuum deſiderium editis literis prodidit, rogans, ut tempus Examini præfigeretur, ipſique antè communicarentur, tàm ex Jure Canonico quàm Civili Textus; quorum præmiſſâ interpretatione, ſecundùm tenorem Statutorum Nobis dedit anſam in ſtudiorum Ipſius qualitatem indagandi, quod cum ſucceſſu optato obſolvit, adeò ut non tantùm doctam Textuum explica-

tionem

tionem exhibuerit , ſed quoque competenter Examinatoribus ſatisfecerit, eaque propter à Facultate in numerum Candidatorum Juris relatus & admiſſus eſt, quò & Curſoriam Lectionem ad *L. 3. ff. de interdict. & extraord. act. quæ pro his compet.* (cujus occaſione diſcutiet utilem hanc Quæſtionem: num, qui in poſſeſſorio vicit, in petitorio autem ſuccumbat, teneatur fructus antè perceptos reſtituere, ) & Diſputationem Inauguralem habere poſſet. Hiſce expediendis præfinitus eſt dies 22. Junii, an. cur. horâ 9. in Auditor. Jur. Publ. Quo tempore Dn. Univerſitatis honoratisſimi Proceres & Nob. Jurisprudentiæ Cultores adeſſe velint, officiosè & humanè invitantur. Publ. ſub Sigillo Facult. Jurid. 20. Junii, anno 1717.

L.S.

Erfurt, Diss., 1717
f
ULB Halle 3
004 548 485
TA -> OL
nur 2 u. 4 bisher verknüpft

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-319609-p0011-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-319609-p0012-8

1717, 9

10

B. L. S.

# FACULTATIS JURIDICÆ DECANUS, JOHANNES HENRICUS Meier/ JCTUS,

ELECTORALIS HUJATIS REGIMIN. CONSILIAR. JUDIC. PROVINCIAL. ASSESSOR. PRIMAR. PROFESS. DECRETAL. PUBL. ET DICT. FACULTAT. SENIOR.

---

*ERFORDIÆ,*
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII,
ACAD. TYPOGR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-319609-p0013-3